



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXXIX. Das Kloster Arendsee verfügt über die Verwendung von Hebungen in Sannem, Liesten und Kaulitz, am 25. Juli 1342.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

Guntherus Comes de Swartzburg, Johannes de Buch, henricus de Ryfchach, Curie nostre magister, Albertus de Wolfstein, terre nostre transfoderane capitaneus, Johannes hufener, terre nostre Lufacie aduocatus et Camere nostre magister, Wilhelmus Bombrecht, nofter pincerna, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum in Caftris in obfidione caftri dicti Lentzen, Anno domini M^o. CCC^o. XLI^o., feria tertia post diem Beati mychaelis Archangeli.

LXXIX. Das Klofter Arendsee verfügt über die Verwendung von Hebugen in Sannem, Liefen und Kaulitz, am 25. Juli 1342.

In nomine domini Amen. Que geruntur in tempore, de facili euanescent cum tempore, nisi recipiant aut voce testium aut scripti firmamentum. Nouerint igitur hanc paginam visuri seu audituri vniuersi, Quod dominus Meynardus, prepositus in Arneffe, emit in villa Sannem in Curia Alberti de kerkun vnum choros filiginis annuatim et Dominus Johannes sacerdos, quondam ecclesie hillghenuelde plebanus, emit in villa lyften II choros filiginis in Curia Reyneri et in villa Gawel in curia hinrici lamberti II choros filiginis, ita quod illi, qui in antedictis Curis morantur aut Jure possident vel possidebunt, sanctimonialibus in arneffe singulis annis in festo beati martini episcopi predictam filiginem specialiter presentabunt, Itaque quod cum I choro filiginis ville Gawel cera ad officium diuinum exercendum emetur, sacristis termino predicto specialiter presentabitur, ac ipse taliter luminibus de filigine presint illamque postulent, ne defectus in earum redundet animarum detrimentum. Residuosque choros filiginis collegium ad solamen habeat, Anniuersarium meynardi et Johannis sacerdotum memoratorum perpetue peragendo. Vt autem hec empcio et donacio rata et inuiolata permaneat, neque aliquis prepositorum successorum infringat, Sigilla infracriptorum, scilicet domini Meynardi prepositi in Arneffe, Conuentusque sanctimonialium ibidem, Domini Nycholai de Roffow, Domini gherardi de winteruelde, Domini Gherardi plebani in Caultitz, necnon domini nycholai plebani in hilghenuelde presentibus sunt appensa. Actum et datum arneffe, Anno domini M^o. CCC^o. XLII^o., In die iacobi apostoli gloriosi.

LXXX. Knappe Ghozecow von Luderitz überläßt dem Klofter Arendsee die Lehnsgerichtigkeit über zwei Hufen zu Thielber, am 17. Juni 1344.

Ego Ghozecow de luderitz famulus tenore presencium recongnosco publice protestando, Quod de matura deliberacione et consensu omnium heredum meorum domino preposito ac Conuentui